de corpore: donec pducas me in illam horam in qua tua diuina potentia: ſapientia et bonitate pficias in me: quod exercitatio centū annorum non poſſet in me perficere. Amen.

¶ De ſiti Jeſu in cruce: et amaro eius poculo deqꝫ verbo conſummatiōis et expiratione Jeſu: ſpiritusqꝫ in manus patris commendatiōe.

Laudo et glorifico te domine Jeſu xp̄e: propter ſitim quā pertuliſti ex nimia effuſione ſanguinis: et ardenti deſiderio noſtre ſalutis: cum adheſit lingua tua faucibus tuis: vn̄ et dixiſti. Sitio. Et tu fons aque viue felle et aceto potatus. iterū dixiſti. Conſummatum eſt: quaſi diceres Omnia que de me dicta ſunt: cōſummata ſunt in me: quia totū me dedi propter hominē totum et me totoemi illum totū Et iterꝫ voce magna clamans dixiſti. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meum: et ſic inclinato capite ſpiritū emiſiſti Gracias tibi ago qꝫ tam pauper et inops fieri voluiſti.

ꝙ nudus pēdebas in cruce: ⁊ non habuiſti vbi caput tuū reclinares. Sʒ ad vltimum ſuper humerū tuum inclinaſti ꝓpter multas cauſas: ſed principaliter propter quattuor: primo vt oſculuʒ dares ſpōſe tue eccleſie: et oſtēderes illi omnem irā patris tui eſſe mitigatam ⁊ per te placatā: ſecundo vt peteres in corde eius reclinatoriū: oſtenderesqꝫ te non habere vbi caput tuū reclinares: tercio inclinaſti caput tuū porrigens a te humerū tuuʒ quaſi diceres q̄d vltra debui facere tibi ⁊ nō feci: indica mihi quia adhuc paratus ſum ſubuenire tibi: quarto quaſi diceres fiduciā habe in me: qꝛ qđ tu non potes ego poſſum

¶ De miraculis que contigerunt in paſſione dn̄i: ⁊ de dira perforatiōe lateris Jeſu

GRacias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e: ꝙ tam amare paſſionis ⁊ crudelis mortꝭ imperio ſubiacere voluiſti: ꝙ terra tremuit: petre ſciſſe: ⁊ monumenta aperta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctorum: que dormierūt: ſurrexerunt